22. Janvier 1330.

Inquesta dudum facta per certos Commissarios ad hoc specialiter deputatos de mandato carissimi Domini et consanguinei nostri Regis Caroli contra Joannem Bedocii tunc magistrum Monetarum ipsius Domini Regis apud Montem pessulanum ad instantiam Procuratoris nostri super eo quod eidem Joanni per dictum Procuratorem nostrum imponebatur quod ipse Joannes Bedocii deliquerat in diminuendo et debilitando

du vol. 1. cote 3. fol. 240 vo.

dictam monetam Regiam eam que de legitima
lege et pondere defraudando contra —
ordinationes regias super hia editas in
ipsius Domini Regis Caroli et —
reipublicae praejudicium et non modicum
detrimentum dicto Joanne contrarium asserente
et plures rationes ad sui deffensionem
et ejus innocentiam ostendendam proponente
et ostendente se esse personam bonae famae
et conversationis honestae, et in dicto officio
bene et laudabiliter segessise, ipsa
que inquesta tam super facto principali
quam super rationibus et deffensionibus —
dicti Joannis Le Doux perfecta et —
completa et in causa renuntiato et —
concluso, ipsa que curiae ad judicandam
reportata, et per ipsam Curiam nostram
dictis partibus vocatis et auditis etiam
de consensu dictarum partium recepta
visa que et diligenter examinata una
cum quibusdam Litteris ipsius Domini

et Consanguinei nostri Regis Caroli per dictum Joannem Bedocii eidem Curiæ nostræ exhibitis per quas dictæ Curiæ extitit facta fides quod dictus Joannes Bedocii alias repertus fuerat taliter innocens de prædictis ac reperto per relationem quorumdam monetariorum magistrorum ipsius Domini Regis Caroli et nostrorum ad hoc vocatorum quod ipsi fecerant de quandam quantitate monetæ quæ tunc in monetagio montis pessulani operabatur per Senescallum nostrum Bellicadri Parisios asportata probationem legitimam cum alia moneta reperta tunc et inpixide conmuni existente in monetagio prædicto montispessulani et quod per dictam probationem invenerant dictam monetam esse bonam in lege et pondere adusum et Consuetudinem et ipsum

Joannem Bedocii de prædictis sibi
impositis in hac parte esse sine
culpa præmissis omnibus
et aliis quæ Curiam nostram
movere poterant et debebant
consideratis et attentis deliberatione
quæ super hiis præhabita diligenti
dicta Curia nostra eumdem
Joannem Bedocii de prædictis
sibi impositis per suum judicium
absolvit ipsum que ad bonam famam
suam si et quatenus ob causam
prædictam denigrata extitit
restituit, et ipsum ab arresto
in quo positus fuerat et erat
occasione prædicta liberavit
et præcepit omnia bona
sua et fide jussorum
suorum eâ occasione
capta et detenta ad

plenum sibi reddi Datum die —
XXII Januarii ./.